

tuens me id^(a) frustra facturum; quotiensque^(b) non ita frequentes,
 ut soleo, litteras tuas video, malum michi mens timida presagit.
 nam quod placide vobiscum actum dicis, propterea quod inter
 5 utrunque sexum et omnem etatem centum hactenus aut non
 multo plures periere, huiusque rei causam, etsi nondum cessasse,
 tamen lente procedere, id sibi velit^(c) hec oratio ut tunc demum
 acerbè^(d) dici deberet actum, si omnes uno impetu atque uno mo-
 mento^(e) peremissent? quid enim in parvo oppido atque exiguo
 populo seuire amplius poterat fortuna, si non una ruina omnia
 10 subvertere maluisset? michi quidem certissimum consilium est;
 non si centum aut quinquaginta, sed et si duo aut ad imum unus^(f)
 hoc morbo decidat^(g) cui nullum remedium est, dum alibi sanus vi-
 vam; consilium quidem est certissimum hinc abire, nisi inter primos
 fortassis emoriar, quem nulla spes, nullum commodum, nullus honor
 15 retinere valeat. locutus sum cum domino Hebreu^(h). quid inter
 nos convenerit, superioribus litteris habes. quod Bernardum, filium
 tuum lectissimum, a te dimiseris, probo: quod vero Venetiis eum
 habeas, unde cives sui atque incole ad evitandam pestem effugiunt,
 id magnopere improbo, quasi tu non solum filium tuum, sed ut
 20 a te procul moriatur exquiras⁽ⁱ⁾. nec vero te moveat Nicolaus^(k)
 noster^(l), qui michi idem et egritudinis et salutis illius nuntius fuit,
 quique argumentatur non posse eum amplius periculi pati^(m), qui
 periculum iam transgressus sit. ex affectione enim opinor eum
 hoc dicere, qui puerum nollet a se dimittere, metuens ne forte
 25 pari indulgentia atque animadversione apud alios curaretur. et ita
 quidem esse arbitror. nam est ipse solertissimus et obsequentis-
 simam inprimis coniugem habet. ne tamen⁽ⁿ⁾ ei discrimini, quod

Si meraviglia come
 egli giudichi l'epi-
 demia quasi cessa-
 ta, dacchè in luogo
 sì piccolo ha fatto
 solo cento vittime,

e conferma il pro-
 prio proposito di
 fuggire da Padova
 non appena un
 solo individuo ne
 muoia.

Intorno all'affare
 dell'ebreo gli ha
 già scritto.

Riguardo poi a
 Bernardo, biasima
 la decisione di te-
 nerlo a Venezia,
 donde tutti fuggo-
 no, checchè ne dica
 il Cessi,

il quale teme di
 perdere il fanciullo
 amato,

mentre la moglie
 pure s'arrenderà
 troppo ai suoi ca-
 pricci.

(a) B metuens id, me id (b) R quotienscunque-litteras video (c) C G R vult
 (d) G acerbum (e) C R uno aspectu atque momento G impetu ma nell'interl. aspectu
 (f) B C ad unum (g) Codd. decidant (h) G R cum Hebreo G in marg.: « Domino
 « Hebreu in C. P. » (i) B quasi tu non solum filium tuum sed ut a te procul moriatur
 exquiras C queri tu non solum-exquiris R queri te non solum-exquiris G quasi tu (nel-
 l'interl. te) non solum-exquiras (nell'interl. exquiris) Combi quasi tu non solum ut mo-
 riatur filius tuus sed ut-exquiras (k) C agg. in marg.: [Nicolaus] Zessius (l) R peri-
 culum pati (m) G R in marg.: est (n) B G nec tamen

(1) Se prestiamo fede al cod. Ca- di cui si fece parola nell'epist. XXX,
 nonici, è questi il medico Nicolò Cessi, p. 59.